Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



virgineu castam exhiberi xpo Secundum matheum 13.

In illo tpe. Dixit d. i. d. s. parabolam hanc. Simile
est regnum celorum thesauro abscondito in agro
quem qui inuenit homo abscondit et pre gaudio
illius vadit et vendit vniuersa que habet et emit agrum
illum. Iterum est simile regni celorum homini negotia
tori: querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna
pretiosa margarita: abiit et vendidit omnia que
habuit et emit eam. Iterum simile est regni celorum sagene
missae in mare: et ex omni genere piscium congregati.
Quam cum impleta esset educentes et secus litus
sedentes elegerunt bonos in vasa malos autem fo
ras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exi
bunt angeli: et separabunt malos de medio iustorum
et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stri
dor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Ea
dem. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno homini
celorum similis est patrifamilias qui profert de the
sauro suo nouam et veteram Secundum matheum 25.

In illo tpe. Dixit d. i. d. s. parabolam hanc. Si
mile est regni celorum decem virginibus que accepe
rant lampades suas exierunt obviam sponso et
sponse. Quinque autem ex eis erant fatue: et quinque pruden
tes. Sed quinque fatue acceptis lampadibus non sump
serunt oleum secum: prudentes vero acceperunt o
leum in vasis suis cum lampadibus. Cunctantibus autem
facere sponso: dormitauerunt omnes et dormi
erunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce spo
sus venit exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes
virgines ille: et ornauerunt lampades suas. Fat